

**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Qvo Eivsdem Philosophia, Mathesis Et Chronologia: Sive De Natura Rerum,
Ratione Temporvm., Sex Mvndi Æstatibvs, Philosophiæ Elementis; Et Alii
Vtilissimi Simvl Et Cvriosi Tractatus

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Proverbiorum liber.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72047](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72047)

VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI PROVERBIORUM LIBER.

PROLOGVS.

Cum nuper illa que dicuntur Seneca Proverbia, per alphabeti ordinem distincte legi-
sem, primo quidem mirabar tantam cuiquam infidelium prudentiam inesse posuisse,
quantum in quibusdam eorumdem proverbiis dictis reperiatur, deinde non parum
incitabam ad hoc, ut cum aliquo simili studio imitareret, colligendo scilicet sam ex seculari-
bus quam ex sacris litteris, tum etiam ex nostris proverbiis aliqua ad edificationem
fidelium congrua. Si enim idem Seneca nullam fidem vel spem pro aeterna vita obti-
nenda habens, sed tantummodo in hac vita morum probitate delectatur, struit &
se corrigere, & alios ad correctionem instruere; quanto magis ego, qui credo Deum ubi-
que esse praesentem, aeternaque vitam diligentibus se promittentem, quique se om-
nibus dictum qui audit, dicat, Veni & Clama ne cesses, & Annuncia populo meo scelera eorum & iuxta Evan-
gelicam parabolam aliud quidem quinque talenta ad usum am data, aliud vero duo, aliud autem unum, pater familias di-
cente, Negotiamini dum venio, aliquos per concessam sententia dona ad edificationem trahere debeo. Et quam vocun-
dum ac suave videri debet unicuique, ut aliqua sententia brevissima & verbula, per qua emendari valeat in mente
memoriaque sua jugiter teneat, quandoquidem sceleratum latronem paucis verbis Domino supplicarem & di-
centem, Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum: scimus omnium veniam peccatorum suorum im-
petraffe. Quem rogo intelligentia donum à Deo profundenter edocere non potest, qualiter hoc obtineat, si illum ver-
sicolus sapientia cam ruminat, Intellexus bonus omnibus facientibus eum? Certè si tunc modo sensum corun-
dem verborum sciat, veritatemque in his esse credit, sufficere ei possunt ad salutem. Docent namque illum, quod
si id bonum quod jam intelligit faciat, amplior ei intellectus veniat, Nonne hujusmodi doctrina & promissio am-
plete tendit omni modo? Similis quoque doctrina potest inveniri in multis sententiis, quae hic posui. Sed predi-
ctam sententiam in hoc Prologo columnando exposui, ut lectoris animum ad legendam non solum ista qua hic colle-
gi, sed etiam ad omnia sacra scriptura dicta incitarem. Nulli enim ad salutem sufficit, quod sacra verbas sine in-
tentione cordis audit, vel legit. Unde & Dominus noster in Evangelio auditores suis sapientia admonet dicens: Qui
habet aures audiendi audiat: si si diceret: Qui habet voluntatem & intentionem illam, ut praecepis dicens
obedient, bonumque intelligit faciat, docentes me audiat, alioquin nihil ei profest verba mea audire. Proverbiorum
autem hic collectorum dictis parvuli quilibet scholastici si ita cuiquam videatur, possunt post Psalterij le-
ctionem aperte instrui, sunt enim multo brevioris & planioris sententia, quam illa fabulosa Antianae dicta: sed &
utiliora quam quedam Catonis verba, que utraque omnes penè magistri legere solent ad prima puerorum docu-
menta, non attendentes quid tam parvulus quam senioribus Christi fidelibus sacra apostolis quam gentilia rudi-
menta primiuit sint exhibenda, ut in his aliquatenus instructi, posse seculares litteras arti Grammaticae con-
gruas securius discant. Nam licet parvulum minus capaces sint discernere inter bonum & malum, facilius tamen
& tenacius eis inhabere solet malum quam bonum. Ideoque qui studiosi esse velint pro bono instruendorum
parvolorum exitu, studeant etiam aliquid pro bono eorum introitu, sciantque quia difficillimum est homini re-
cedere à malo, quod usus comprehendit diuturno. Preterea attendendum est, quia cum Deus proficit super filios
hominum, ut videat si est intelligens aut requirens Deum: cernit etiam que sit cura vel intentio magistrorum
in doctrina discipulorum, utrum eos docent pro appetenda gloria seculari an pro spirituali. Hac vos discipuli,
pariterque notate magistri.

PROVERBIA.

- A**djutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit celum & terram.
Allevat Dominus omnes qui corrunt, & erigit omnes elisos.
Apud Dominum gressus hominis dirigitur, & viam ejus volet.
Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.
Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via justa.
Arcta & angusta via est, qua ducit ad vitam.
Anima quæ peccaverit, ipsa morietur.
Anima justi, sedes est sapientie.
Audiens sapiens sapientior erit.
Aversio parvolorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos.
Argentum electum lingua justi.
Amicus stultorum efficietur similis.
Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicietur ab eo quo infami graditur via.
Agnum quocunque ierit sequi, specialiter congruit virginitati.
Avarus non impletur pecunia, & qui amat divitias fructum non capit ex eis.
Accedens ad servitatem Dei, sta in iustitia & timore Christi, & prepara animam tuam ad temptationem.
Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur.
Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem.

Anima-

Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.
 Abel eile renuit, quem Cain malitia non exercet.
 Amor Dei nunquam est ociosus.
 Abjiciens disciplinam, citò senciet ruinam.
 Amicus in necessitate probatur.
 Amor seculi contemptus est Dei.
 Amor seculi thesaurizat morti.
 Alia percussio est qua peccator quilibet corrigitur, alia qua condemnatur.
 Ad magna gaudia perveniri non potest, nisi per magnos labores.
 Ad mortem properat, qui citò de quoquātū judicat.
 Amare filiorum, timere est servorum.
 Apud homines cor ex verbis, apud Deum verò verba pensantur ex corde.
 Aq̄ua nobis in vinum vertitur, quando sacra historia in spiritalem nobis intelligentiam communitatur.
 Avarus propriè causa est miseria, ingerens sibi sc̄im avaritiae.
 Amicū res secundā parant, adverſe probant.
 Avarus nihil redit facit, nisi quod moritur.
 Avaro tam deēst quod habet, quam quod non habet.
 Avaricia temper odioſos, largitas claros facit.
 Avaricia desideratis opibus non extinguitur, sed augetur.
 Ante conversionem praeceedit turba peccatorum, post conversionem sequitur turba temptationum.
 Alterius virtutis ope virtus indiget omnis.
 Amare reūtan non poteris, nisi pro Christo humilieris.
 Ad humilitatem non potes pervenire, nisi magna utriusque hominis contritione.
 Ardua fides robustos exigit annos.
 Affectionis carnis nisi mentis iure demantur, unumquemque hominem ducent ad perditionem.
 Ardua res nimium famulari post dominatum.
 A Domino cuncta bona sunt omnino petenda.
 Aedio virtutum confitit perfec̄tio morum.
 Ante Dei vultum nil pravi conflat inultum.
 Apertius & melius per opera quam per verba insinuat̄ur via vita.
 Ambitio multos mortales falsos fieri coēgit.

B.

BEati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata.
 Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solis.
 Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Deus.
 Beatus qui tenebit & allidet parvulos suos ad petram.
 Brachia peccatorum conterentur, confirmat autem justos Deus.
 Bonus pastor animam suam dat pro oīibus suis.
 Beati qui esurium & sitiue iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.
 Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus.
 Beatus vir qui inventus est sine macula, & qui post aurum non ambulat, nec speravit in pecunia & thesauris.
 Beatus homo qui semper est pavidus: qui verò mentis est dura, corruit in malum.
 Bene consurgit dilucide, qui bona querit.
 Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua.
 Bonus est Dominus sperantibus in eum, anima quarenti illum.
 Brevis omnis malitia super malitiam mulieris.
 Beatus qui habet partem in resurrectione prima.
 Beatus vir qui fūserit temptationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.
 Bene loqui & male vivere, nihil est aliud nisi seipsum damnare.
 Bonum intellectum habet, qui quod redit intelligit, facit.
 Beneficium qui dare nescit, injuste perit.
 Bonorum mens quo duriora pro veritate tolerat, eo certius aeternitatis p̄m̄ia sperat.
 Beatus est dare quam accipere.
 Bonum si facere nequeas, non tamen culpes vel prohibeas.
 Bona conscientia in tenebris splendorē proprium tenet.
 Brevitas vitæ presentis pensanda est ad universis.
 Bellum optimum agitur, cum spiritus carni adversatur.
 Bellator fortis qui se poterit superare.
 Bis gratum tribuit, qui quod debet citò reddit.
 Blandus mansuetus sis, diffictusque superbis.
 Bestia crudelis est, cor prave mulieris.
 Bibere & manducare nulli conceitum est ad gulam explendam, sed ad famem sc̄imque restringendam.
 Bonus non est, quem malorum improbitas non probavit.

C.

COeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum.
 Cum electo electus eris, & cum perverso perverteris.
 Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.
 Considerat peccatorum justum, & querit mortificum eum.
 Calix in manu Domini vini meri plenus mixto.
 Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.
 Cum dederit dilectus suis somnum, ecce hereditas Domini.

Custodit Deus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet.
 Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua,
 Cœlum & terram transibunt, verba autem Dei non transibunt.
 Cæcus si cæco ducatum præbeat, ambo in foveam cadunt.
 Cogitatio humani cordis prona est in malum ab adolescentia sua.
 Curatio cessare facit peccata maxima.
 Cum placuerint Domino via hominis, inimici quoque ejus convertentur ad pacem.
 Cogitationes justorum iudicia.
 Cor regis in manu Dei, ubique voluerit inclinat illud.
 Considera opera Dei, quod nemo possit eum corrigeri, quem ille despicerit.
 Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.
 Cor hominis di ponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus ejus.
 Cor sapientium ubi tristitia est, & cor stultorum ubi latitia.
 Cor quod novit amaritudinem animæ sua, in gaudio ejus non miscetur extraneus.
 Convertere ad Dominum, & relinque peccata tua.
 Cani sunt sensus hominis, & aras sensus vita immaculata.
 Cui multum datur, multum ab eo exigitur.
 Confortamini in Domino, & in potentia virtus ejus.
 Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.
 Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem.
 Corpus quod corruptum, aggrat animam, & deprimit sensum multa cogitantem.
 Corrumptum mores bonos colloquia mala.
 Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem ut salvemini.
 Cum Deus omnia facere possit, malum tamen quia nihil est, facere non potest.
 Credens Deum omnia posse præstare, perita cito meretur obtinere.
 Contra Deum consilium nec magnum nec minimum.
 Causa qua non prævidetur, non permituit quenquam ad meliora proficere.
 Coactus servitum Deus non querit,
 Custos casitatis est virtus humiliantis.
 Cito in crimina majora corruit, qui parva pro nihilo ducit.
 Caput est discordia, que ex communibus propria studet facere.
 Conscientia non corporis, sed animi est virtus.
 Consilio opus est factio.
 Concordia parvæ res crescunt, discordia maxima dilabuntur.
 Commoda quæcumque cum habentur, parva videntur: cum vero defuerint, apparent quanta fuerunt.
 Carnis virginitas quamvis sit cælica virtus, non prodest cuiquam fine intentis virginitate.
 Consuetudo mala vix aut nunquam superatur.
 Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt,
 Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.
 Confer opem miseriis quamcumque vales, & egenis.
 Copia virtutum constat corpus velut untum.
 Crimen equale committunt, & is qui alicui detrahit, & qui detrahentem libenter audit.
 Cum dolore absindenda sunt, quæ leviter sanati non possunt.
 Cujus quicque facit opera, ejus vocatur filius.
 Cui gratus sit vocari filius Dei, veneretur Deum ut parrem, faciens ejus voluntatem.
 Captivitas est maxima, ubi animæ captiva ducentur.
 Cadens apertos oculos habet, qui rectè quidem loqui scit, sed rectè vivere contemnit.
 Cupiens cognoscere quanta Dei gratia sit circa se, inspicat alios: & quanticunque plus habere se senserit in sospitate, vel intelligentia, vel in possessione aliquius rei, tantis letat se esse diutinem in gratia Dei.
 Communis morbus communiter est abigendus.
 Corrigere te primum, qui rector sis aliorum.
 Conveniens quid sit perpendere convenit omni.
 Compatitur nulli qui non sibi scit misereri.
 Cum caput ægrotat, corpus simul omne laborat.

B.

D ominus de cœlo prospicit super filios hominum, ut videat si est intelligens aut requirens Deum.
 Dominus interrogat justum & impium: qui autem diligit iniuriam, odit animam suam.
 Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa.
 Dominus virtutem popule suo dabit. Dominus benedic populo suo in pace.
 Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.
 Dulcis & restus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
 Deus iudex iustus, fortis & patiens.
 Dominus virtutum ipse est rex gloria.
 Deus manifestè veniet, & non filebit.
 Divites & esurierunt: inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bona.
 Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.
 Declina à malo, & tac bohum.
 Date, & dabitur vobis.
 Dimitrite, & dimitteretur vobis.
 Deus non est mortuorum, sed viventium.
 Dignus est operarius mercede sua.
 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & proximum tuum sicut teipsum.

Deus fidelis & absque ulla iniuste.
 Dominus pauperem facit & dicit, humiliat & sublimat.
 Dominus mortificat, & vivificat, deducit ad inferos, & reducit.
 Deum time, & mandata ejus observa, hoc est omnis homo.
 Disciplinam Domini ne abjicias, nec desicias cum ab eo corriperis.
 Diligit justitiam qui judicatis terram.
 Divisa salutis sapientia & scientia.
 Doctrina virti per patientiam noscitur.
 Deus superbis resilit, humilibus autem dat gratiam.
 Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.
 Deum nemo vidit unquam.
 Dilectio proximi malum non operatur.
 Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet.
 Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.
 Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.
 Deum quarens, gaudium querit.
 Discretio est mater virtutum.
 Disciplina vel misericordia multum destituitur, si una sine altera tenetur.
 Difficile corrigitur nequitia, quam concipit quis in pueritia.
 Deo nihil malum est imputandum, quandoquidem ipso malo utitur ad bonum.
 Difficile est cuiquam agnoscere sanitatis gratiam, nisi per infirmitatis disciplinam.
 Delitiae & epularum varietas, fomenta sunt luxuria.
 Dolentem non potest consolari, qui non concordat dolori.
 Duplaci reatu constringitur, qui & in se ipso prava committit, & alios pravitate sua corruptit.
 Diu jacens in peccatis, diu quoque si converti voluerit, diabolica tentationis molestias sustinebit.
 Deus ideo dicitur creans mala, quia & pro peccatis nostris immittit flagella.
 Divinus fermo sicut mysteriis prudens exercet, ita superficie simplices refovet.
 Deo magis placet, qui sibi puras quam qui plenas manus praebet.
 Difficilis arrogans, quam auto & gemmis caremus.
 Duplicitis peccati reatus est, & non est sanctus quod credor, & simulare quod sanctus sis.
 Domini iusti sunt, iusti purgantur.
 Difficillimum est hominem seipsum vincere.
 Diurna quies vitiis alimenta ministrat.
 Dapilis & largus cunctis placet mortalibus.
 Dimidium facili perfecatum dicere noli.
 Discere semper habet, qui Christum vult imitari.
 Doctrina verba paucis prolunt sine factis.
 De rebus dubiis noli contendere verbis.
 Discordes revoca, fautor merentibus insta.
 Divitiae verae sunt virtutum bona quæque.
 Dives dicendus cui parvus suppedit usus.

E.

Excessus super omnes gentes Dominus, & super caelos gloria ejus.
 Expecta Dominum, viriliterage, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.
 Ecce quam bonus & quam jocundum habitare fratres in unum.
 Ex abundantia cordis os loquitur.
 Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbe.
 Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.
 Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.
 Eadem mensura qua mens fueritis, remeteretur vobis.
 Erus eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.
 Execratio peccatorum cultura Dei.
 Egredias & ignominia ei qui deserit disciplinam; qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.
 Est via qua videtur homini iusta, novissima autem ejus ducuntur ad mortem.
 Equus paratur ad bellum, sed à Domino vitoria datur.
 Ex studiis suis agnoscitur puer.
 Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam.
 Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vita, dicit Deus omnipotens.
 Emendamus in melius, quod ignorantes peccavimus.
 Ebrietas & crapula omni Christiano est detestanda.
 Escarum copia carnem incidunt ad desideria noxia.
 Eleemosynam Deus executatur, quæ ex rapina præbetur.
 Erubescere malum sapientia est, erubescere vero bonum fatuitatis.
 Errat facilius, qui non curat quo regius pergar.
 Egens & que est qui non sati habet, & is cui copia nulla sufficit.
 Eadem velle & eadem nolle, ea demum firma amicitia est.
 Eo tempore quisque incipit malus esse, quo potest bonus fieri.
 Ex alieno periculo sapiens se corrigit & emendat.
 Est etiam precibus tribuit pro vita precantis.
 Egregius Doctor faciens bona, quæ docet ipse.
 Eloquium sanctorum pretiosum sit super aurum.
 Este Deo proprium cunctis est jure sciendum.

Expers

Expers doctrinæ tenebras patietur ubique.
Electi pauci , multi sunt verò vocati.
Est quāsi vas vacuum , cui cura deest animarum.

F.

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis , & sanctus in omnibus operibus suis.
Firmamentum est Dominus timentibus eum,
Flumen Dei repletum est aqua.
Filius hominis non venit ministrari , sed ministrare , & dare animam suam redemtionem pro multis.
Filius huius seculi prudentiores filii lucis in generatione sua sunt.
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis , ut cum defeceritis , recipiant vos in æterna tabernacula.
Facilius est carnem per foramen acus intrare , quam divitem intare in regnum Dei.
Furnon venit nisi ut furetur & mactet & perdat . |
Frangunt scirpeni panem tuum , & egenos vagosque induc in domum tuam.
Frustra jecut reto ante oculos pennatorum.
Favus stillans labia meretricis , & nictidus oleo guttul ejus , novissima autem illius amara quāsi absinthium.
Fallax gratia & vanæ est pulchritudo , mulier timens Deum , ipsa laudabitur.
Flagellat Deus omnem filium quem recipit.
Feneratur Domino , qui miseretur patuperis.
Fugit impius nemine persequente , justus autem quāsi leo confidens absque terrore erit.
Fiducia magna erit coram Deo eleemosyna omnibus facientibus eam.
Fundamenta aliud nemo potest posere , præter id quod positum est Christus Jesus.
Fidelis sermo & omni acceptione dignus , quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere.
Fides sperandarum substantia est rerum , argumentum non apparentium.
Fides sine operibus mortua est.
Fornicatores & adulteros judicabit Deus.
Frater si fratrem adjuvat , ambo consolabuntur.
Febris corporis calor , febris verò animi est avaritia & libido.
Fortissimum jejunium est panis & aqua.
Fagellum Dei tunc diluit culpam , cum mutaverit vitam.
Fraudem Deo facere videtur , qui proposito spirituali vita relatio ad seculum revertitur.
Futura provide specialiter pertinet ad illos , quibus cura commissa est super alios.
Frigus & fames simplici vestitu ciboque expelli potest.
Fidelibus nox in diem mutatur , infidelibus autem ipsa etiam lux tenebrosa efficitur.
Formam mulieris non animus prius quam corporis oculos concupiscit.
Frequenter superantur propteritatem , qui superari non poterant adverstare.
Fortitudo justorum est carnem vincere , deletionem vitæ præsentis extinguere.
Fortitudo reproborum est , transitoria sine cessatione diligere , contra flagella conditoris insensibiliter patere durare.
Formidari diabolus non debet , qui nihil nisi permisus valer.
Frustra nitit , nec aliud se fatigando , nisi odium querere , extremitate dementia est.
Frustra pro salute corporis laboratur , nisi salus animæ obtineatur.
Facilius sacculos , quam nosmetipso abnegamus.
Fidelius & gratius obsequium est , quod amore magis quam metu geritur.
Ferreas mentes libido domat ,
Flammæ inextinguibili quandoque tradetur , qui hic avaritia & malitia sua incendia extinguere neglexit.
Facilis venia huic est danda , qui non peccat ex industria.
Fortior est qui cupiditates , quam qui hostes subiicit.
Ferox arque inquietus lingquam semper litigii exercens cani comparatur.
Fornicarum à Domino , quando adulterinis cogitationibus ab ejus amore casto deviamus.
Fœdis immundisque libidinibus deditus , fornicatione suis voluptatem imitatur.
Facile offendit qui non optimis , sed peffimis placere cupit.
Fortia gesta tua ne demonstres citè vita.
Felix qui requiem poterit captare perennem.
Felices oculi qui cernunt gaudia coeli.
Ferrea mens dicitis crebro superatur iniquis.
Frustris ex propriis arbor cognoscit omnis.
Finis præcepit constat dilectio Christi.

G.

Gustate & videte quoniam suavis est Dominus : beatus vir qui sperat in eo.
Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei.
Gratiam & gloriam dabit Dominus.
Generatio restorum benedicetur.
Gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente , quam super nonaginta novem justis , qui non indigent penitentia.
Grave est faxum & onerosa arena , sed ira stulti utroque gravier.
Gloria patris filius sapiens est.
Gloria , & honor , & pax omni operanti bonum , Judæo primum & Graeco.
Gloria nostra hac est , testimoniū conscientia nostra.
Gemina dilectio homines facit proximos Deo.

Grandis offensa nolle placare, quem offenderis.
 Grandis Ecclesia destruicio neglecta conobiorum provisio.
 Cestu corporis habitus demonstratur mentis.
 Gladius utraque parte actus est verbum Dei, penetrans animam & corpus.
 Gravissimum inimicitia genus, labii benedicere, & corde maledicere.
 Gloria i & superbire pro temporibus commodis, judicium est animi insipientis.
 Gloriosus est injuriam tacendo tolerare, quam respondendo vindicare.
 Gaudia integra nusquam sunt in terra.
 Culæ & luxuria deditus, comparatur jumentis insipientibus.
 Gratias à Deo data, gratias etiam sunt hominibus danda.
 Gravis animus dubiam non habet sententiam.
 Grave est peccatum, unde aliquis peccandi sumit exemplum.
 Generalia commoda nemo facere debet sibi propria.
 Grata Deo dona fert, qui frangit mala vota.
 Gaudens in Domino, gustat suavissima mella.
 Grande scelus grandi studio debet superari.
 Gloria mundana nullis est prorsus amanda.
 Gratia sola Dei quos vult facit alta merei.

H.

Homo sicut foenum, dies ejus tanquam flos agri.
 Homo cum in honore esset, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.
 Homo vanitati similis factus est: dies ejus sicut umbra prætereunt.
 Habet fiduciam in Domino ex toto corde tuo.
 Homo videt in facie, Deus autem intuetur eum.
 Hereditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit.
 Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus.
 Humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exalte in tempore visitationis.
 Hilarem datorem diligit Deus.
 Hora est jam nos de somno surgere.
 Homo nascitur ad laborem, avis ad volatum.
 Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita.
 Horrendum est incidere in manus Dei.
 Humanum est peccare, diabolicum vero perseverare.
 Hoc studio converti quisque debet ad bona, quo operatus est mala.
 Hærebat jugiter in malis, conversus faciat idem in bonis.
 Honestas & sobrietas in cunctis rebus sunt appetenda.
 Honor Deo exhibitus, exhibentes eterna gloria dignos facit.
 Honorem & imperium si vis habere, dabo tibi magnum, impera tibi.
 Honore parentes, ad omnes pertinet homines.
 Humilibus & fidelibus divina legis mysteria patent, superbis autem & infidelibus latent.
 Hoc est funditus à malo recedere, ex amore Dei jam nolle peccare.
 Homines plusquam Deum timere, non est religionis Christianæ.
 Hæres & propinquus est spiritualis amicus.
 Hactenus extremi sunt sapientissime primi.
 Hos quos laisti, citius placare memento.
 Horrida bella gerit, qui pacis foedera spernit.
 Hostem fer Domini, sed & in se dilige charum.
 Heu quam rara fides reperitur nunc apud omnes.

I.

Nitium sapientiae timor Domini.
 Intelleximus bonus omnibus facientibus eum.
 Juxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu salvabit.
 In circuitu impii ambulant.
 Jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutrit.
 In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.
 Immixtis Angelos Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.
 Judicia Domini vera iustificata in feme*ipsa*.
 Justus ut palma florebit, ut cedrus libani multiplicabitur.
 In memoria eterna erit justus, ab auditio*n*e mala non timebit.
 Justus es Domine, & rectum iudicium tuum.
 In patientia vita possidebitis animas vestras.
 Jus*for*um semina quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem.
 Iudicium durissimum in his qui praesunt fieri.
 Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnet.
 In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdit*o* peccatis.
 Iovida diaboli mors intravit in orbem terrarum.
 Infernus & perditione coram Domino, quanto magis corda filiorum hominum.
 Inter superbos semper iurgia sunt, qui autem cuncta agunt consilio, reguntur sapientia.
 In omnibus operibus tuis memorare novissima, & in eternum non peccabis.
 Justus ex fide vivit.

In

In fine hominis denudatio operum ejus.
 In die bonorum ne immemor sis malorum.
 Initium omnis peccati superbia.
 In desiderijs est omnis otiosus.
 In multiloquio non deerrit peccatum.
 In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.
 In omnibus exhibeamus nosmetipos sicut Dei ministros.
 In hoc ipso peccat homo, quod peccare vellet, si inulte potuisset.
 Intenta supplicatio dormire cor mundum verat.
 Invocandus est Deus jugiter, ut voluntatem simul & facultatem benè agendi nobis praestare dignetur.
 Ideo omnes diabolica tentationis molestias pati permitiuntur, ut omnibus eisdem molestias patientibus compati & condole sciamus.
 Iter longum agentes majori providentia indigent, quam prope proficentes.
 Ita & monachi jugiter Deo servientes, magis egerit provideri, quam ceteri liberè viventes.
 Infinito labore finitus quantu[m]que sit comparari nequit.
 Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspicuntur.
 Infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia.
 Initium bonorum confessio est malorum.
 Incalsum caro affligitur, si mens voluptatis non relutatur.
 Iusti vocabulum non amittit, qui per p[re]nitentiam semper resurgent.
 Innocenta vera est, quæ nec sibi ne calis nocet.
 Ieiunium non est perfecta virtus, sed multatum virtutum fundamentum.
 Iustitia humana tam fragilis est, ut potius remissione peccatorum constet, quam per perfectione virtutum.
 Iracundus cum irasci deficerit, tunc sibi metu maxime irascitur.
 Iracundus etiam si mortuum fusciter, nulli placet.
 Infeliciores sunt mali cum cupita perfecerint, quam si ea quæ cupiunt implere non possent.
 Infeliciores sunt qui faciunt, quam qui patiuntur injuriarum.
 Ignis concupiscentia carnalis quanto diutius ardore permittitur, tanto difficilius extinguitur.
 Ingatus unus multis miseriis nocet.
 In opere beneficium bis dat, qui dat celeriter.
 In opere parva, avaritia defuni omnia.
 Inimicos diligere grave quidem est praeceptum, sed grande præmium.
 Improvidus miles fortior se in pace gloriatur.
 Illis dimittuntur minima, qui majora difficiete fleverunt peccata.
 Iugiter attendendum, quant a Dei gratia sit nobiscum.
 In malis sperare bona, nemo nisi innocens solet.
 In multis frustra laborat, qui sua magis quam se ipsum Deo offerre studet.
 In vanum laborat, qui cæcum honorat.
 Injuriam magnam creatori facit, qui creaturam ullam plus quam illum diligit.
 Imperat aut servit collecta pecunia cuique.
 Invidus alterius marcescit rebus opinis.
 Impedit ira animum ne possit cernere verum.
 Impia quæque studens, nequit in Christo fore prudens.
 Iqvividus plenum super omnes conflat et genus.
 Indurare Dei nihil aliud est, nisi non misereri.
 Incrasata caro gulfat coelestia raro.
 Inter epulas difficile servatur castitas.
 Infirmi penè omnes se quidem ab alijs tolerari volunt, ipsi vero alios tolerate renunt.
 Infirmitas carnis si patientur sustineatur, est quasi purgatorius ignis.
 Illos expectat gloria, qui laboriosa gerunt certamina.

K.

Karitas non est ab ullo extorquenda, sed cum beneficijs exquirienda.
 Karitas patiens est, benigna est.
 Karitas operis multitudinem peccatorum.
 Karos nemo suos Christo præponere debet.

L

Lætetur cor quærentium Dominum.
 Lex Domini immaculata, convertens animas.
 Lætabitur justus in Domino, & sperabit in Domino, & laudabuntur omnes recti corde.
 Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.
 Lapidem quem reprobaverunt adficanentes, hic factus est in caput anguli.
 Labores manuum tuarum qui manducabis, beatus es & bene tibi erit.
 Lata & spatiovia via est, quæ ducit ad mortem.
 Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorifcent patrem vestrum qui in celis est.
 Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.
 Levenimus corda nostra cum manibus ad Deum.
 Leo rugiens & rufus cluviens princeps impius super populum pauperem.
 Lingua sapientium ornat scientiam.
 Lampas contempta apud cogitationes divitum parata est ad tempus statutum.

Lingua placibilis lignum vitæ.
 Litera occidit, spiritus autem vivificat.
 Laudet te alienus, & non os tuum.
 Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sunaus invicem membra.
 Lingua si non restringitur, nequaquam ubi cecidit jacer, sed semper ad deteriora labitur.
 Lupus adveniens indicat, quo animo quilibet pector super gregis custodiam stabat.
 Lucerna corporis est oculus, lux autem mentis sapientia spiritualis.
 Lachryma veniana non postulant, sed merentur.
 Laudis humanae avidus, divine retributionis respuit munus.
 Labor improbus omnia vincit.
 Læta magis quam tristitia, quoq[ue]dam homines corruptunt.
 Labor aliudus carnales deprimit astus.
 Liber est dicendus, in quo nullum regnat vitium.
 Longo usu discendum est, quid cuique loquvel tacere conveniat.
 Lucrum turpe ut dispendium fugito.
 Levis atque inconstans nihil avibus distert.
 Licet multis vita tua placeat, tibi placere non debet.
 Lucrum sine damno alterius fieri non potest.
 Libidinis impetus abstinentia expellit virtus.
 Latentem superbiā nil magis non comprimit, quam culpa patens.
 Laſcivus juvenis eget, ut crebro monetur.
 Leges antiquas ne transgrediendo resolvas.
 Laudate rite Deum, qui verē diligit illum.
 Laude manet dignus, qui nititur esse benignus.
 Lumbos præcinctus, qui carnis vota restringit.
 Languor infolitus infolitus etiam querit medicinæ genus.

M.

Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus, & sapientia ejus non est numerus.
 Mirabilis Deus in sanctis suis.
 Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est finis.
 Misericordia Domini plena est terra.
 Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus.
 Misericordia Domini ab æternō, & usque in æternum super timentes eum.
 Mutuabitur peccator, & non solvet: iustus autem miseretur, & tribuet.
 Misericordiam & veritatem diligit Deus.
 Multa tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.
 Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.
 Miserator & misericors Deus, patiens & multum misericors.
 Mors peccatorum pessima, & qui oderunt justum, delinquent.
 Melius est modicum iusto super divitas peccatorum multas.
 Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.
 Mercenarius videri lupum venientem, & dimittit oves, & fugit.
 Melior est obedientia, quam vietimæ.
 Meliora sunt vulnera diligenter, quam fraudulenta oscula odientis.
 Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnato urbium.
 Melior est bucella siccata cum gaudio, quam domus plena vietimæ cum jurgio.
 Musica in luctu, in portura narratio.
 Melior est iniquitas viri quam benefaciens mulier.
 Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis.
 Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivij.
 Melius est a sapiente coripi, quam stultorum adulatione decipi.
 Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putreficer.
 Memento creatoris tui in diebus juventutis tuz.
 Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarij dies ejus.
 Mors & vita in manibus lingue.
 Multum valer deprecatio iusti afflida.
 Modicum fermentum totam massam corrumpit.
 Mundus transit, & concupiscentia ejus qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.
 Melius est non habere quod tribuis, quam impudenter petere quod des.
 Melius est bene vinci, quam male vincere.
 Melius est prius facere quod evenit, quam postea mali facti pœnitearis.
 Mendacium non est, cum de rebus insensibilibus quasi de sensibilibus mystice loquimur.
 Mirandum sumul & dolendum, quod plures quasi religiosi à cibis quibusdam abstinentes, mox quasi scelerati pessima
 quæque agere omni modo studient.
 Mirandum dolendumque nihilominus & illud, quod plurimi simulantes se pro peccatorum venia visitare sancta & pro-
 cul posita loca, cum fuerint reversi multo peiores fuit quam antea.
 Mores & studia rectorum & subiectorum qualitate inspicuntur.
 Majora criminis & tardè credenda sunt cum audiuntur, & circius punienda cum veraciter agnoscantur.
 Melius est rufficitatem habere sanctam, quam eloquentiam peccatricem.
 Mollis & dissolutus non vir, sed mulier est dicendus.
 Mulier dans operam virtuti, vir potest dici.
 Melius est facere divertitum cum homine, quam cum Deo.

Manus

Manus pauperis, gazophylacium Christi est.
 Male Sabbathum celebrat, qui à bonis operibus vacat.
 Magna pars intelligentia scire quid nescias.
 Magna securitas est cordis, aliena non appetere.
 Militis cuiuslibet fortitudo non agi oscitur, nisi in bello.
 Mala mors putanda non est, quam bona vita praecepsit.
 Malus ubi se simulat bonum, ibi est pessimum.
 Male imperando summum imperium amittitur.
 Mala conscientia nesciam requiescat secura.
 Mortuus huic mundo, nil scit nisi vivere Christo.
 Magnum certamen juvenilem vincere carnem.
 Maxima sit pectus, cum pastor erit puerilis.
 Mens levis ac fragilis cito perficit scandala carnis.
 Mens aquila malis, vix eripietur ab illis.
 Mois & perditio dicenda est cæca libido.
 Maximè querendum, quod semper erit retinendum.

N

Novit Dominus viam justorum, & iter impiorum peribit.
 Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine faciente injusticias.
 Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.
 Nolite sperare in iniuriate, & rapinas nolite concupiscere.
 Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.
 Non salvatur Rex per multam virtutem.
 Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.
 Nemo bonus nisi filius Deus.
 Non in solo pane viver homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.
 Non est opus sanis medicus, sed male habentibus.
 Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei.
 Nemo potest duobus Dominis servire.
 Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere.
 Necesse est ut veniant scandala, vñ autem homini illi per quem scandalum venit.
 Non est discipulus super magistrum.
 Nihil opertum, quod non reveletur: & occultum, quod non sciatur.
 Nemo mittens manum suam ad aratum, & aspiciens retro aptus est regno Dei.
 Ne tardes converti ad Dominum.
 Non est speciosa laus in ore peccatoris.
 Noli negligere disciplinam Domini, & ne fatigaris cum ab eo argueris.
 Noli arguere derisorum, ne oderit te: argue sapientem, & diligit te.
 Non est homo justus super terram, qui facit bonum, & non peccat.
 Novit justus animas iumentorum suorum, viscera autem impiorum crudelia.
 Non agnoscitur in bonis amicus, nec absconditur in malis inimicus.
 Nec coram cœco ponas offendiculum.
 Non vult Deus mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.
 Nihil in terra sit sine causa.
 Novit Dominus qui sunt ejus.
 Non tolunt rei sunt qui faciunt mala, sed qui consentiunt facientibus.
 Nemo coronabitur, nisi qui legitime certaverit.
 Noli vinci à malo, sed vinces in bono malum.
 Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.
 Nolite mirari si odit vos mundus.
 Nemo quod suum est querat, sed quod alterius tantummodo.
 Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate.
 Non est per sonum acceptor Deus, sed in omnigenite qui timer Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.
 Nihil infelicius felicitate peccantium.
 Nitens curia sordidum demonstrat animum.
 Non est secura lætitia in divinis paginis multa cognoscere, sed cognita custodiare.
 Nosc & posse bona prius incognita atque impossibilia, demonstrat gratia superna dona.
 Nil est tam facile, quod non fiat difficile, si invitus facias.
 Nemo in alium præsumquam in se ipsum peccat.
 Nunquam Deus mentem deserit, quæ peccata sua veraciter agnoscit.
 Nescit penè quid labor sit, qui nunquam circa spirituales nequitias certare studuit.
 Negligentia & otiositas hominem trahunt ad interitum.
 Ni quis in fide, & spe fundatus fuerit, ad charitatis verae cultum non ascendit.
 Nulli vel male vel bene contigit proper se solum, sed ut simul alii corriganter aut consolentur per illum.
 Nequitia diaboli qualis in Job suffic legitur, talis in omnes homines erit, si tantum permittatur.
 Nemo in Ecclesia amplius nocet, quam qui pervertit agens regimen tener.
 Non multitudine peccatorum, sed impietas hominem ducit ad desperationem.
 Non est in hominis potestate vita illius.
 Nil cuiquam proderit æstimari sanctus, cum non sit.
 Nihil petas quod neganurus es.
 Numis dolenda præsumptio, quod ea mala facere præsumunt Christiani, quæ exoriantur pagani.
 Nam Christiani Dei sui sacerdotumque suorum destruunt monasteria, pagani autem sua venerantur idola.

Non vivas aliter in solitudine, aliter in foro.
 Nil scire vel curare, hoc est mortuum vivere.
 Negat sibi ipse, quid quod difficile est petat.
 Nulli imponas, quod ipse pati non possit.
 Nemo periculosis peccat, quam qui peccata defendit.
 Nemo nobilis nisi quem nobilitat virtus.
 Nisi quis timorem amoremque Dei ante se jugiter ponat, citò in aliquod peccatum labitur.
 Nemo se satis metiri prævalet, nisi alterum consideret.
 Nil magnum est in rebus humanis, nisi animus magna despiciens.
 Non homo, non aurum poterunt dare quæque beatum, Sed virtute Dei consistit vita beati.
 Nil peccant oculi, si mens velit his dominari.
 Non poterit dici quam multa sit ars inimici.
 Nil credas aeternum, cum quicquam restat agendum.
 Nil prodest didicisse bonum, nisi feceris illud.
 Ne tardare velis, si quem convertere possis.
 Non est multa sciens laudandus, sed bene vivens.
 Nihius stultorum par semper amas sociorum.

O.

Oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum.
 Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loqueretur iudicium.
 Observabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis.
 Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in celo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.
 Omne regnum in seipso divisum desolabitur.
 Omnis plantatio quam non plantabit pater celestis, eradicabitur.
 Omnis qui facit peccatum, servus est peccati.
 Omnis qui perit, accipit: & qui querit, inventis, & pulsanti aperietur.
 Omnis quile exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exalabitur.
 Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.
 Omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.
 Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemie non remittetur.
 Orate ne fuga vestra fiat hyeme vel Sabbatho.
 Omnia possibilia sunt credenti.
 Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo ut vias tuas dirigat.
 Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit.
 Omni negotio tempus est, & opportunitas.
 Omnia fac cum consilio, & postea non paenitebis.
 Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper.
 Odium suscitat rixas, & univerla delicta operit charitas.
 Omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis prout vult.
 Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.
 Omnes unanimis in oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles.
 Omne gaudium existimat cum in tentatione varias incidetis.
 Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.
 Obedire oportet Deo magis quam hominibus.
 Omne datum optimum, & omne donum perfectum deservit est, descendens à patre lumen.
 Oculus non vidit, & auris non audit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus diligentibus se.
 Omnia munda mundis, coquinnatis autem & infidelibus nihil est mundum.
 Omnia licent, sed non omnia expediunt,
 Omnis infidelium vita, peccatum est,
 Otiositas inimica est animæ,
 Omnis dies velut ultimus tractandus est.
 Otiosum verbum est, quod aut ratione justæ necessitatis, aut intentione pia utilitatis caret.
 Obsequium amicos, veritas odium partit.
 Occasions deesse non possunt perituri,
 Omnino errat, qui per pacem & otium se aequi triumphum putat.
 Omnis divina percussio aut purgatio est vita praesentis, aut initium penitentie sequentis.
 Oratione continua superantur vitia.
 Operc malius quam verbis Deus laudatur & prædicatur.
 Oculiperantes cordis luxuriosi sunt prodiotes.
 Occulta & jugiter perpetrata culpa merentur, ut reges pastoresque perversi constituantur.
 Omnia fidei argumenta à præteritis rebus sunt assumenta.
 Omne quod est iustum, merito dici valet unum.
 Orandum semper, ne seducamus ab hoste.
 Omni prælato subjectus sis quasi Christo.
 O quantis curis mens indiget omnibus horis.
 Os quod mentitur, animam jugulare refertur.

P.

Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate.
 Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

Prohibe

Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquuntur dolum,
 Patientia pauperum non peribit in finem.
 Perite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis.
 Perfectus omnis erit, si sit sicut magister ejus.
 Potens est Deus de lapidibus suscitare filios Abrahæ.
 Percute filium tuum virga, & liberabis animam ejus à morte.
 Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagiæ apud stultum.
 Perversi difficile corriguntur.
 Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.
 Per qua quis peccat, per hæc & torquetur.
 Pondus & pondus, mensura & mensura: utrumque abominabile est ante Deum.
 Probata virtus corrigit insipientes.
 Propter peccata populi regnare facit Dominus hypocritam.
 Peccator vel puer centum annorum maledictus erit.
 Pugnabit orbis terrarum contra insensatos.
 Post concupiscentias tuas non eas.
 Probate spiritus, si ex Deo sint.
 Prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita & pax.
 Peritis, & non accipitis, eo quod malè petatis.
 Plenitudo legis est dilectio.
 Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.
 Peccantes coram omnibus arguantur, ut cæteri metum habeant.
 Politi in deliciis attendere nequeant, quanta si poena perennis.
 Pax vera est dicenda, cum spiritus & caro convenienti omni modo.
 Pacificus homo filius Dei meretur vocari.
 Parentes in tantum diligendi sunt & honorandi, quantum illi subjecti sunt summo parti.
 Prælati ac senioribus suis inobedienti, meretur aut si ipse prælatus fuerit aliquibus, ab eis eadem patiatur.
 Pauper quilibet fugit, cum subiectis solarium subtrahit, aut iustitiam videns non contradicit.
 Per supplicium subiungit, qui pariter peccaverunt.
 Pœnitentia vera est & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare.
 Publica culpa, publica etiam indiget pœnitentia.
 Pœnas gravissimas quandoque sunt passuri, qui non pro sceleribus suis renuum parva flagella pati.
 Plenus venter facile disputat de jejunii.
 Perfectum odium est, quod nec iustitia nec ratione caret.
 Peccatum peccato adjicetur, cum id quod nequiter gestum est, nequiter etiam defenditur.
 Probatio bona voluntatis, nolle peccare cum possit.
 Providendum est cunctis pro Dei amore licita relinquentibus, ne tepide viventes ad illicita corruant.
 Pro qualitate audiendum formari debet sermo doctorum.
 Pravis moribus semper gravis est vita honorum.
 Peccata quædam animam polluent, quædam vero extingunt.
 Priusquam promittas delibera, ne post premissa minime exulta mendax dicaris.
 Periculum nunquam sine periculo vincitur.
 Prudencia rerum exitus metitur.
 Plus sunt laudandi beneficentes quam benedicentes.
 Pecunia tunc sit preciosa, cum pro Dei amore translata in alios definit possideri.
 Plurimi infamiam, pauci vero verentur reatus conscientiam.
 Pacem cum hominibus habeas, bellum cum vitiis.
 Pecunia imperare oportet, non servire.
 Paupertas animæ major quam corporis extat.
 Peccans quotidie studeat mox se reparare.
 Perfectus miles pensat sapientiæ vires.
 Perverti menti sua culpa est maxima pœna.
 Præcepit ad risum, præcepit quoque feritur ad iram.
 Promptus vel facilis ad risus schema ne sis.
 Pluribus intentus minor est ad singula sensus.
 Præfons vita brevis, sed vita futura perennis.

QUAM bonus Israël Deus his qui recte sunt corde.
 Quarite Dominum, & confirmamini: quærite faciem ejus semper.
 Quarite Dominum, & vivet anima vestra.
 Qui timet Dominum, laudate eum.
 Qui diligitis Dominum, odite malum.
 Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognovit segmentum nostrum.
 Qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo, hic accipiet benedictionem à Domino.
 Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in celo & in terra.
 Qui seminant in lachrimis, in exultatione merent.
 Quarite primum regnum Dei, & iustitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.
 Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.
 Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.
 Qui est ex Deo, verba Dei audit.
 Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiarit?

Quam

196
 Nam dabit homo commutationem pro anima sua.
 Qui dixerit fratri suo Fatue, reus erit gehenna ignis.
 Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.
 Quod Deus conjunxit, homo non separat.
 Qui infidelis est in minimo, & in majori infidelis est.
 Quasi fœlcula idololatriæ est, Deo nolle acquiescere.
 Quixite Dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est.
 Qui sequitur iustitiam, diligitur a Domino.
 Qui abscondit fœlera sua, non dirigeretur: qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur.
 Qui diligit disciplinam, diligit & sapientiam.
 Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui visitat filium in conspectu patris sui.
 Qui avertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.
 Quasi tempestas impius pertransit.
 Qui non congregas in juventute, quomodo ea habere poteris in senectute.
 Qui pronus est ad misericordiam, benedicitur.
 Qui fratri suo parat foveam, ipse incidet in illam.
 Qui modica spernit, paulatinus decidet.
 Qui sibi nequam est, cui bonus erit.
 Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus nec ratione, sapientia erunt apud inferos, quanto properas.
 Qui parcit virginæ, odit filium.
 Qui timet Deum, non erunt incredibilis verbo illius.
 Qui mollis & dissolitus est opere suo, frater est sua opera dissipans.
 Quod timet impius, veniet super eum.
 Qualis rex est civitatis, tales inhabitantes.
 Qui custodit os suum, custodit & animam suam.
 Qui obduratur aurem ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.
 Qui docet fatum, quasi qui glutinat testam.
 Qui ad justitiam erudiant multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.
 Qui in uno offendit, multa bona perdit.
 Quanto magnus es, humiliare in omnibus.
 Qui timerit priuinan, veniet super eos nix.
 Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium.
 Quicunque voluerit amicus esse faculti hujus, inimicus Dei constituitur.
 Qui se existimat stare, videat ne cadat.
 Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis.
 Qui converti fecerit peccatorum ab errore via sua, salvabit animam ejus à morte.
 Qui non manducat, manducantem non judicet.
 Qui siuorum & maximè domesticon curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior.
 Qui cunctu spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei.
 Qui videat fratrem suum necessitatem patientem, & clauserit viscera sua, quomodo charitas Dei manet in eo.
 Qui parcet semina, parcet & meret.
 Qui gloriatur, in Domino glorietur.
 Quanto altior gradus, tanto profundior casus.
 Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris.
 Qui ignorat, ignorabitur.
 Qualis sit qualibet pastor, Iupus adveniens indicat.
 Qualis apud se quisque lateat, illata contumelia probat.
 Quam laudem merebimur de pallore jejunii, si invidia sumus lividi.
 Quid virtutis haber vinum non bibere, & ira atque odio inebriari.
 Quid prodeat attenuari corpus abstinentia, si animus intumescat superbia.
 Quasi in faculum pertusum res suas ingerit, qui & bona aliqua agit, & tamen nulla pravitatis solita studia deserit.
 Qui se meminit illicita plurima perpetrata, debet etiam pro penitentia à licitis abstinere.
 Quisquis cogitat quid Deo voveat, se ipsum voveat & reddat.
 Quantum bonum habeat sanctitas, ostendit infirmitas.
 Qui succurrens perituro potest, si non succurrat, reus mortis ejus erit.
 Qui verbis lenibus potest corrigi, non debet increpatione exasperari.
 Qui casti perseverant & virgines, Angelis Dei efficiuntur æquales.
 Quisquis jugiter tractat ut bona aliqua faciat, sine intermissione orat.
 Quacunque mensuram extendunt, dæmonia suggestur.
 Quantum quis in humilitate & castitate profecerit, tantum Deo appropinquabit.
 Quod omni modo necesse est pati, patienter sustine.
 Quæ facere turpe est, etiam dicere turpe est.
 Quando mens sit divisa ad multa opera, sit minor ad singula.
 Quæ modo quisque legit, haec habiturus erit: Seu bona siue mala semper habita ea.
 Quousque homini non displicent mala à se facta, regnant in eo vitia.
 Qui nunquam didicit subesse, nulli potest ritè præelle.
 Quid infelicius quam conspicta felicitate aliorum affici.
 Quod unusquisque non expertus est in semetipso, difficile credit in alio.
 Quis dives? qui nil cupit, & quis pauper? avarus.
 Quod sat is cui contingit, nihil amplius optet.
 Quid ituli proprium? non posse & velle nocere.
 Quod prudentis opus? cum possit nolle nocere.
 Quam prope sit littus, in corde maris labyrinthus.

Quantum

Quantum plus valeas, tantum summittere Christo.
Qui tibi dat multum, de te quoque querit id ipsum.
Quam bonus est Dominus cunctis querentibus illum.
Quam tenebrosus amor quo lucis spernitur actor.

R.

Regnum tuum Domine, regnum omnium seculorum
Rectos decet laudatio.
Redimet Dominus animas servorum suorum, & non delinquit omnes qui separant in eo.
Revela Domino viam tuam, & spera in eum, & ipse faciet.
Recte judicate filii hominum.
Regnum seculorum vim patiunt, & violenti rapiunt illud.
Risus dolore miscerunt, & extrema gaudii luctus occupant.
Responso mollis frangit iram.
Regnabitibus impiis ruina hominum erit.
Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo.
Rex qui judicat in veritate pauperes, thoros eius in eternum firmabitur.
Rex justus erigit terram, vir avarus destruet eam.
Regnum a gente in gentem transferunt properi iustitias.
Renovavit spiritu mentis vestram, & induit novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate
veritatis.
Religio munda & immaculata apud Deum patrem haec est: visitare pupilos & viduas in tribulatione eorum.
Radix omnium malorum, cupiditas.
Religiosus homo, si citè irascitur, facile eriam ad penitentiam moverur.
Recte judicare aliena merita non valet, cui conscientia innocentia propriæ nullam judicij regulam praebet.
Rectius sequuntur agnum conjugati humiles, quam virginis superbientes.
Robusti corpore nisi Deo, a quo vites habent, devotè famulentur, pro hoc poenas patientur.
Referendum est pierari divina, quicquid homo jumentis amplius habet.
Regnum Dei tantum valer, quantum habes.
Ruina populi, sacerdotes mali.
Ratio humana quod perversis cogitationibus renititur, tot coronas coelestes promeretur.
Regimen animalium ars est artium.
Raptore alienarum rerum, ipsis quandoque rapientur ad interitum.
Repentinus furore nil rationis recipit.
Rebelles divinae pietati tradentur diabolice potestati.
Res qualibet obscura per similitudinem est explananda.
Remissio & lenitas nimis coram Deo reputatur pro crudelitate magna.
Reprobi & in hoc saeculo fatigantur desideriis, & in futuro tormentis.
Rufica lingua viri manifestum cor retinientis, Gratior est Domino quam lingua perita superbi.
Rara fides homini tribuenda est, pro dolor, omni.
Rex pius & justus studet hoc quod dicitur esse.
Regis enim nomen monet ut commissa regantur.
Rebus in adversis ne motus destituaris.

S.

Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus.
Sit gloria Domini in seculum seculi.
Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & usque in seculum.
Salus justorum à Domino, & protector eorum in tempore tribulationis.
Suavis Dominus universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus.
Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, sed non scis unde veniat, & quo vadat.
Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.
Si manus tua vel pes tuus scandalizet te, absconde illum & projice ab te.
Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat
vitam æternam.
Si peccaverit in te frater tuus, vade & correpi eum inter te & ipsum solum.
Sanctus spiritus discipline fugiet sicutum, & auferit se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu.
Sapiens oculi in capite ejus.
Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis querite illum.
Stultus verbis non corrigitur.
Sapiens cor & intelligibile ablinet se à peccatis.
Stultitia colligata est in corde pueri, & virga discipline fugabit eam.
Statuta dolosa abominationis est apud Deum, & pondus aequum voluntas ejus.
Sapiens ut sol permanet, stultus autem ut luna mutatur.
Semel loquitur Deus, & secundo non repetit.
Sapientiam omnium antiquorum exquirit sapiens.
Sapientia abscondita & thesaurus invitus, quæ utilitas in utrisque?
Sapiens verbis innoscit paucis.
Septes cadit justus, & resurgent: impii autem corruunt in malum.
Sermo durus suscitat furorem.
Somnia extollunt imprudentes.

Secura

Secura mens quasi juve convivium.
 Secre regis celare, bonum est : magnalia autem Dei revelare, honorificum est.
 Stultus in risu exaltat vocem suam.
 Si diligamus invicem , Deus in nobis manet , & charitas ejus in nobis perfecta est.
 Si quis dixerit quoniam diligo Deum , & fratrem suum odisse , mandax est.
 Spiritualis homo dijudicat omnia , & ipse à nemine judicatur.
 Sicut in Adam omnes moriuntur , ita & in Christo omnes viviscabuntur.
 Sapientia hujus mundi , stultitia est apud Deum,
 Sine penitentia sunt dona & vocatio Dei.
 Scientia inflat , charitas edificat.
 Si vivimus spiritu , spiritu & ambulemus.
 Sive vivimus , sive morimur , Domini sumus.
 Sic diligendi sunt homines , ut eorum non diligentur errores.
 Speculator astutus desuper , qui nos diebus omnibus actusque nostros prospicit.
 Scire Dei , approbare est : nescire verò , reprobare.
 Summa apud Deum est nobilitas , clarum esse virtutibus.
 Subjectorum virtus aliquando sunt dissimulanda ; sed post hæc quia dissimulabantur indicanda.
 Satanæ insidias evadere , non est volens neque currentis , sed miserantis Dei.
 Simulatores & callidi provocant iram Dei.
 Solitudinem querit , qui cum innocentibus vivere cupit.
 Similitudines rerum variarum ad ædificationem nostram jugiter proponendæ sunt.
 Sicut canis revertit ad vomitum suum , sic imprudens stultitiam suam iterat.
 Sicut aqua extinguit ignem , ita eleemosyna peccatum.
 Sanctitatis nomen habere sine operibus , nulli prodest.
 Sapiens est , qui factis plus quam verbis alios docet.
 Salus est divitium , subvenire necessitatibus pauperum.
 Sagittas contumeliaz virtus repellit patientia.
 Scorpiones dici possunt , qui bonis quidem in facie non resistunt , sed mox cum recesserint detrahunt.
 Semetipsum abnegat , qui relicto carnali vita homine , induit spiritualem & novum hominem , id est , Christum.
 Stultum valde est , si his placere querimus , quos non placere Deo scimus.
 Sufficit unicuique sic disputare vel dicere , ut intelligatur.
 Superfluitas tam verborum quam rerum vitanda est.
 Sicut ex variis floribus colliguntur mella , ita ex variis hominibus virtus quilibet est colligenda.
 Secularibus literis intentus , sacra scriptura arcana capere non posset.
 Scripturam sacram legens attendere debet quid mysticè vel juxta literam , quid pro parte vel pro toto dictum sit.
 Scripturæ sacrae meditatio mentem retrahit à cogitatu noxi.
 Sicut plurimi cibi nihil profundunt absque sale , ita omnes virtutes absque charitate.
 Sicut fistula absque inspirante nullum reddit sonum , ita & cor hominis absque inspiratione divina nullum recipit bonum.
 Sicut equi cuiuslibet cursus in loco spatiose , ita & hominis voluntas probatur in arbitrio dato.
 Sicut oculi omnium in capite , ita etiam in Christo consistere debet omnis intentio fidelium.
 Sine fine cruciari meretur , qui nullum peccandi finem in corde suo statuit.
 Summi principis ministri in primis sunt providendi.
 Sic alii ignorat , ut tu tibi peccanti illos ignorare cupis.
 Sanguis sanguinem tangit , cum peccata peccatis adjiciuntur.
 Superbia sola corrumpt omnia bona.
 Stulta vota frangenda sunt.
 Sine doctrina vita est quasi mortis imago.
 Siames dici pater & princeps , nomen cum honore serva , moribus imple.
 Sapiens ventris agitatur ingens pinus , & celèstes turrem graviore casu decidunt.
 Stantibus & lapsis par sollicitudo tenenda est : His ne retro cadant , illis ut concite surgant.
 Sermo datur multis , anima sapientia paucis.
 Si nequeas plures , vel te solummodo cures.
 Si quid vorvisti Domino , ne reddere tardes.
 Solius est Domini bona de pravis operari.
 Semper avarus eget , hunc nulla pecuna replet.
 Si vis salvare , nil huic præpone salutem.
 Spiritus est vita , mox carnis Philosophia.

L.

TE decet hymnus Deus in Syon , & tibi reddetur votum in Hierusalem:
 Testimoniū Domini fidele , sapientiam præstans parvulis.
 Tibi Domine derelictus est pauper , orphano tu eris adjutor.
 Timete Dominum omnes sancti ejus , quoniam non est inopia timentibus eum.
 Thesaurizate vobis thesauros in celo , ubi nec arugo neque rima demolitur , & ubi fures non effodiunt nec furantur.
 Timor Domini expellit peccatum.
 Totum spiritum tuum profert stultus , sapiens autem differt & reservat in posterum.
 Tempus omni rei sub celo.
 Turris fortissima nomen Domini , ad ipsum currit justus , & exaltabitur.
 Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis.
 Timenti Deum , benè erit in extremis.
 Triplex funiculus difficile rumpitur.
 Testis falsus non erit impunitus.

Timor

Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mituit timorem.
 Turpe est, ut qui nescit tenere moderamina vita sua, judex fiat alienus.
 Tanto subtilius quisque de tenebris judicatur, quanto eum verius claritas lucis illustrat.
 Tentator per vigil hos acrioribus pulsat infidem, quos maximè viderit abstinere à peccatis.
 Tenax & prodigus nimium, ambo in unum nimietatis confluent vitium.
 Timendus est præ cunctis, cujus potestas est super omnes.
 Tenera nimis mentes aperioribus formandæ sunt studiis.
 Temperatum omne tam Deo quam hominibus est accepabile.
 Tormenta quorundam alii profundi ad correctionem.
 Tantum quisque proximum portat, quantum amat.
 Tanto pejora sunt virtus, quanto virtutum specie celantur.
 Tamdiu quis erat in fide, quoique omnia à Deo inspici & regi discedit.
 Testa odia pejora sunt, quanæ aptæ.
 Tale genus est vitorum, ut miseri præteritum celeri pœnitentia delectetur, alia exinde oriantur.
 Tales sumus inctus, quales nos foris ostendimus.
 Tacere qui nescit, nescit & loqui.
 Tacentibus difficile subvenitur, confitentes autem languoris sui qualitatem, facilius recipient sanitatem.
 Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.
 Tunc te lapsum formida, cum ruit alter.
 Tonus erit nunquam, qui suspicione laborat.
 Triflantur facile, quorum spes extat in inimico.
 Tempestas grandis est indignatio Regis.
 Teflisi veridiots vero Regi manet æptus.
 Totus ubique manens, tota est virtute colendum.
 Timor Dei & oratio affida, hominem volare faciunt ad coelestia.
 Tolerabilis mundi mala suscipimus, si contra hæc præscientiæ clypeo munimur.
 Tepidè viventes Christiani, difficilis corruguntur quam pagani.

V.

Universæ via Domini misericordia & veritas requirentibus testamentum ejus, & testimonia ejus.
 Vultus Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.
 Veritatem requiri Dominus, & retribuerit abundanter facientibus superbiæ.
 Verbo Domini celi firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.
 Vox exultationis & salutis in tabernaculo iustorum.
 Vana falsus hominis.
 Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.
 Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.
 Vir linguis non dirigerit in terra.
 Virtus iniustum mala capient in interitu.
 Væ vobis qui decimatim mentam & anetum, & cum innum, & quæ majora sunt reliquias, id est, misericordiam & judicium.
 Vigilate & orate ne intreris in temptationem.
 Vigilate omni tempore, orantes ut digni habeamini fugere, quæ ventura sunt.
 Ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.
 Unaquaque arbor ex fructu suo cognoscitur.
 Verba sapientium quasi stimuli, & quasi clavi in altum defixi.
 Vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia Dei.
 Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis.
 Vinum apostolatæ facit etiam sapientes.
 Væ civitati cuius Rex juvenis est, & cuius principes mane comedunt.
 Ubi fuerit superbia, ibi erit & contumelia.
 Vir iracundus provocat rixas: qui autem patiens est, mitigat suscitatas.
 Væ soli, quia cum cecidere, non habet sublevantem se.
 Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum.
 Virum stultum interficit iracundia, & parvulum occidit invidia.
 Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant.
 Vita carnium, sanitas cordis: putredo ossium, invidia.
 Via vita custodiendi disciplinam, qui autem increpationes relinquit, errat.
 Vasa filii probat fornax, & homines justos tentatio tribulationis.
 Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.
 Unus dominus, una fides, unam baptisma, unus Deus & pater omnium.
 Unusquisque propriam mercedem accipier secundum suum laborem.
 Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem.
 Virtus in infirmitate perficitur.
 Verbum bonum super datum optimum.
 Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis.
 Ubi spiritus Domini, ibi libertas.
 Ubi est charitas & dilectio, ibi sanctorum congregatio.
 Voluntas integra benefaciendi, à Deo reputabitur pro opere beneficij.
 Vera discretio non nisi vera humilitate acquiritur.
 Voluptas omnis ad instar apum, ubi gratia mella fudit, morsu corda ferit.
 Veherentior est animi quam corporis febris.
 Virtutis fructum sapiens in conscientia, minus perfectus ponit in gloria.

Vigilat qui ad aipestum veri luminis mentis oculos apertos tenet.
 Vicitus ab uno quolibet vicio citò labitur in alia.
 Virtus semper invidit patet.
 Vanæ gloria sector ei qui semina vento dispergenda committit, assimilatur.
 Valens retinere sanitatem, nullius despiciat vel irrideat infirmitatem.
 Vitanda est superbia, quæ & Angelos decepit, & virtutes omnes destruit.
 Virtus prius extirpanda sunt in horaine, deinde virtutes inferenda.
 Virgines & monachi sic temperent jejunium, ut semper fortis sint ad Dei servitium,
 Voluptas habet poenam, & necessitas parit coronam.
 Unaquaque virtus tanto minor est, quanto defuncta ceteræ.
 Ubi non est timor Dei, ibi regnum peccati.
 Unde bonus proficit inde invidus tabescit,
 Virtus dedit, non possunt virtutibus ditari.
 Ut volunt Reges, ita valent leges.
 Valde imperitus est medicus, qui nulla nisi lenia medicamina dare novit.
 Ultra modum sunt delicati, qui nulla adversa volunt pati.
 Verecundiam abiciens, omnes simul virtutes abiecit.
 Vix quisquam in bonas transit, nisi ex malo.
 Variam dant ocia mentem.
 Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
 Vivere si rectè nefis, decede peritis.
 Utilitatis amor citò suader, quid sit agendum.
 Utilitas grandis latet in rebus quoque parvis.
 Virtutes variae pariter possunt habitare.
 Virtus est grandis, benedicere pro maleficiis.
 Ut lapis ornis homo, nisi mollis agatur ab alto.
 Vis ingens animi, nullius laude moveri.

PROVERBIORVM LIBRI FINIS.

VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI DE SUBSTAN- TIIS LIBELLVS.

PROLOGUS.



ANCTAE Ecclesia munuscum aliquod offerre cupiens, sed in manu meanil repens præter parvam dictandi atque scribendi notitiam, hanc ipsam in ejus servitum volo coaptare, quantum Dominus dignatur adjuvare. Scribere enim gestio pro admitione cunctorum fidicium, admonitione duntaxat indigentium, dividens eos in duas personas clericorum & laicorum, sufficiensq; ad hoc utriusque persona congrua monita, per qua à carnalibus ad spiritus, à visibilibus ad invisibilis posint animum suspender, & superna confidere sicut & Apostolus dicit: Invisibilia enim Dei per ea que facta sunt, intellecta conficiuntur. Cujus studii oblatio precor neci indigna videatur, quia ut legitur ad templum Domini quondam inter insignia & preciosissima dona offerebantur etiam viles pili caprarum: & duo minuta vidua paupercula oblate Deo ipsius Domini nostri Iesu Christi testimonio approbantur. Precor & illud ut si quisquam in huic qua dicam vel melius sentiat, vel aptius eadem proferre valeat, non idei co rusticitatu mea & verbula citiore reprehendat: quia ut quidam sapientis dicit, Non omnia possumus omnes. Nam si ille eandem sententiam juxta ingenij sui vires melius quam ego proferre posset, forsitan & alter aliquis illo sapientior excellentis proficie nosset. Vnusquisque ergo in suo sensu abundet, tanto maiores Deo agens gratias, quanto excellentioris scientia & talentum ab eo accepit: simulque attendat, quia Deo magis placent rustica humilium dicta, quam eximta verbositas arrogantium, & in secularis literatura pompa gloriantum.

DE SUBSTANTIIS.

SUBSTANTIA igitur, quæ per se sine ullius adminiculo subsistere valit, Deus solummodo est. Illa autem substantia, cuius totum esse in alterius consistit potestate, creatura profecto esse probatur. Sed sicut divina dicitur differentiis. Aut enim est rationalis, ut Angelici Spiritus & homo: ita & creatura omnis in tribus dicitur differentiis. Aut neutrum est, habens tantummodo esse, ut arbores & lapides. Unde omnino patet, quia omnis creatura Deo, à quo omne quod est habet, se quoque subdere debet. Cujus nimurum subjectionis ratio & observantia ad solam rationalem creaturam pertinet, id est, ad Angelos & homines. Sicut enim hi soli ceteris creaturis excellentiores sunt conditi, ita eriam ab his solis exigetur subjectione & cultura Dei, & aut pro subjectionis studio remunerantur, aut pro repugnancia arque superbia puniuntur. Sed quia hujusmodi iudicium in Angelicis spiritibus jam factum est: nam quidam eorum pro obedientiæ sua meritis ita sempiternæ beatitudini sunt deputati, ut nihil aliud quam bonum velle possint: quidam vero pro superbia in æternas penas projecti,

ad nulla